

osculabitur<sup>x</sup> sponsum suum,  
 odoratus autem virginis curret<sup>y</sup>  
 in odorem unguentorum eius;  
 manus virginis palpabunt Domi-  
 num et castitas<sup>z</sup> carnis acceptabi-  
 lis illi erit; anima inpolluta coro-  
 nabitur, et cum sponso suo in  
 perpetuo vivet; indumentum spi-  
 ritale dabitur illi et cum angelis  
 epulabitur in caelis; accendet<sup>a</sup> in-  
 extinguiibilem lampadam et non  
 deficiet oleum in vasis eius; acci-  
 piet divitias saeculorum et haere-  
 ditabit regnum Dei sui. Mei ser-  
 mones, filia, dicti sunt ad te; mea  
 autem verba servet cor tuum.  
 Memento Christi qui custodit te,  
 et non obliviscaris adorando  
 homousion, idest unius substan-  
 tiae Trinitatem.

---

x) osculabitur S.  
 (wie H).

y) currit S.

z) ursprünglich caritas S.

a) accendit S